

No. 29. 1316. 8. Aug.

Bürgermeister und Rath überlassen dem Dominicanerkloster zu Freiberg das von diesem in der Nähe der Stadtkirche erbaute Haus für die Dauer ihres Besitzes frei von städtischen Lasten und dem abgelösten Brückenzinse. Vgl. No. 72.

In nomine domini amen. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum sive malum fuerit, oportet nos diem messionis extremæ nunc operibus praevenire. Nos igitur Eckelmannus magister civium, Heynemannus bursarius, Wernerus pellifex, Johannes Wolverici, Wolvericus, Heynemannus Gebescho, Gotfridus de Eligerisdorf, Henricus Machmel, Lodewicus carnifex, Lodewicus pistor, Apetzus Werner, Johannes de Pygauia consules et iurati necnon universitas civium civitatis Misnensis recognoscimus et publice profiteamur, quod concordî voluntate — dilectis nobis fratribus ordinis prædicatorum in Vrîbere, quorum precibus et orationibus nos posse iuvari confidimus, domum nuper ab eis apud ecclesiam virginis gloriosae constructam prout eorum exigit necessitas ad inhabitandum, ab omni onere et quibuscunque iuribus civitatis ratione ipsius domus deberent vel possent astringi, absolvimus et omnino liberam reddimus sempiternæ. Addicimus etiam, quod area dictæ domus ponti nostro in censu decem et octo denariorum usualium videlicet Vrîbergensis monetae annis singulis tenebatur. Hunc censum per dictos fratres prædicatores dicimus cum debita pecunia rationabiliter exsolutum, ita quod saepe dicta domus cum sua area ad censum aliquem nullatenus teneatur. Et ne ea, quae geruntur in tempore, cum tempore pariter evanescant, contra oblivionis incommodum præsentium permanentia duximus et sigillo nostrae civitatis rationabiliter confirmare volumus; tamen si memoratos fratres domum ipsam vendere vel aligenare contingerit, quod cum omnibus iuribus et onere civitatis trans-eat ad emptorem. Datum Misnae anno domini M^o.CCC^o.XVI^o. sexto Idus Augusti.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Meissen mit dem beschädigten grossen Siegel der Stadt an einem Pergamentstreifen.

No. 30. 1317. 14. Aug.

B. Withigo genehmigt, dass die in Neukirchen vom Vicar Syboto erkaufte Getreidezinsen nach dessen und seines Oheims Johann von Nürnberg erfolgtem Ableben dem Hospital unter der Bedingung gewisser Leistungen zufallen.

In nomine domini amen. Nos Withigo dei gratiâ Misnensis ecclesiae episcopus recognoscimus tenore præsentium et publice profiteamur, quod decimam in villa Newenkirchin^{a)} infra Vrîberch et Misnam civitates sitam, videlicet viginti modios et dimidium modium siliginis et viginti modios et unum modium avenae Misnensis mensurae, quam decimam Adolphus civis in Vrîberch et Heynmannus frater suus civis

a) Neukirchen, Eph. Freiberg.